

ex aliquo sonitu audito, ignorantes, quid portendat; & ejusmodi timor non poterat esse in Christo, non autem descripsit absolutè timorem, prout dicit fugam seu actum appetitûs sensitivi malum futuram naturaliter refugientis; quomodò fuit in Christo.

DISPUTATIO XI.

De Merito Christi.

PLura de merito Christi constant ex præcedentibus nempe opera Christi meritoria fuisse infiniti valoris ex disp. III. Christum per liberam acceptationem mortis meruisse ex disp. IX. Non fuisse meritum unionem hypostaticam, nec ejus circumstantias antecedentes & concomitantes, nec in rigore Maternitatem B. V. nec gratias antiquis PP. datas ex disp. V. de iis, quæ restant de merito Christi examinanda, sit

Q U Æ S T I O I.

An & quomodo Christus & an in instanti meruerit?

DICO: *Christus in primo instanti suæ conceptionis sanctificatus fuit per Gratiam . . . cum Sanctificatio Christi fuerit perfectissima . . . consequens est quòd in primo instanti suæ Conceptionis Christus meruerit. S. Th. hic Q. 34. a. 3. O. sive Christus meruit in & à primo instanti Conceptionis, & per totam vitam usque ad instantis mortis exclusivè.*

Prima Pars probatur: Christus in primo instanti conceptionis habuit actum supernaturalem voluntatis liberum; atqui ille fuit meritorius: cum habuerit omnes conditiones meriti; fuit enim su-
per;

pernatur
primo in
fiorè, P
justificati
catione in
ficarione

Obj.
sed actio
libera; q
cum elect

Re. Ad
supponit
fectum ju
de conver
primo inf
cit inqu
imperfect
tat tantum
nus inquit

Obj. 2
ceptionis
in I. P. d

Re. Di
lis naturæ
rem in ma
tionis, n
num, no
nisi per et
quirendo
malum,

Secunda
tam vitam
attribuere
non repu
pugnat,

pernaturalis, liber, viatoris. Maj. patet: quia in primo instanti fuit justificatus justificatione perfectiore, perfectior verò est justificatio per proprium justificati actum, quo se disponit, uti fit in justificatione impii adulti, quàm sine illo, ut fit in justificatione parvulorum.

Obj. 1. Actio meritoria debet esse libera; sed actio Christi in primo instanti non potuit esse libera: quia non potuit procedere ex electione: cum electio pro aliquo priori supponat consilium.

R. Ad ultimam probat, distinguendo: Electio supponit consilium secundum quod est via ad perfectum judicium N. secundum quod dicit judicium de convenientia eligendi Con. Actio Christi in primo instanti non supponit consilium, prout dicit inquisitionem: tale enim consilium est imperfectum, & requirit tempus, sed ut importat tantum certitudinem Judicii, quod est terminus inquisitionis.

Obj. 2. Non potest quis in primo instanti conceptionis peccare, uti de primo instanti creationis in 1. P. de Angelis dictum est; ergo nec mereri.

R. Disparitatem esse: quod voluntas rationalis naturæ naturaliter ordinetur in bonum, non autem in malum, & ideo in primo instanti suæ creationis, nisi aliquid impediat, potest ferri in bonum, non autem in malum, in quod non fertur, nisi per errorem, qui incidit in conferendo, vel in inquirendo, unde præexigitur tempus collationis ad malum, non autem ad bonum.

Secunda Pars: quod à primo instanti per totam vitam Christus meruerit: *probatur:* Christo attribuenda est omnis perfectio possibilis, quæ non repugnat fini Redemptionis; atqui non repugnat, imò magis congruit infinitæ ejus charitati

ergà genus humanum, quod per totam vitam meruerit; cum à sensibus in merendo non dependebat; ergo ab instanti conceptionis usque ad instantans mortis est meritus.

Tertia Pars quòd in instanti mortis non sit meritus: *probat*: Ad meritum requiritur status viæ; in instanti mortis Christus non fuit in statu viæ; quia anima non fuit amplius illi instanti conjuncta corpori: cum ex communi Physicorum viventia definant esse per primum sui non esse; ergo in instanti mortis verum fuit: jam Christus non est homo.

Nec obstat, Quòd si non meruisset Christus post mortem, frustra videatur esse apertum ejus latus, unde exivit Sanguis & aqua

Contra enim est, quòd aperto latere exivit sanguis & aqua ad comprobandum, quòd Christus verè non fictè fuerit mortuus, & ad ostendendum, quòd Sacramenta novæ Legis per Sanguinem & aquam demonstrata habeant efficaciam à morte Christi.

Colliges: Christum nec sibi nec nobis post mortem mereri: quia una ex conditionibus ad meritum requisitis est status viæ: cum igitur in morte status viatoris fuerit conclusus etiam defuit meritum, ideoque Christus in morte dixit: *Consummatum est*.

QUÆSTIO II.

Quibus actibus Christus meruerit?

CONSTAT ex dictis Disput. IX. Christum meruisse per actum obedientiæ, quo acceptavit mortem pro salute generis humani: cum talis actus, non obstante Christi impeccabilitate, fuerit liber: ut
osten-

ostendit
per actum
tempera
cum eni
nobis m
meritum
difficulta
Deum;
beatam,
nem bo
liber, n
tatem re
DICO
quantum
sive actum
Deum e
rius, ut
erat viat
Proba
est ratio
non obf
idem ob
poterat:
notat ju
sui; sed
ferens in
tiz infu
simul,
sed circ
lectu C
modum
modum
atqui ad
ctive ne
rans pro

ostendimus. Non minus certum est illum meruisse per actus humilitatis, patientiæ, fortitudinis & temperantiæ, aliarumque Virtutum moralium: cum enim tales actus, ut à charitate imperati, in nobis meritorii sint, à fortiori in Christo, in quo meritum perfectissimè reperiebatur. Unde solum difficultas est de actu charitatis, quo diligebat Deum; cum enim ille regularetur per scientiam beatam, quæ Deum ut habentem omnem rationem boni clarè repræsentabat, non videtur fuisse liber, nec proinde meritorius; ad quam difficultatem resolvendam

DICO: *Christus ... per charitatem meruit in quantum erat Viatoris.* S. Th. hic Q 19. a. 3. ad 1. sive actus charitatis etiam prout terminabatur ad Deum erat liber, & sic nil deerat ut esset meritorius, ut regulatus scientia infusa, sub quâ ratione erat viatoris.

Probatur: Amor Christi poterat esse liber, ut est ratio diligendi Divinas perfectiones, quando non obstante necessitate oriâ ex lumine gloriæ circa idem objectum poterat esse liber; atqui hoc esse poterat: quia illa inclinatio est libera, quæ connotat iudicium objectivè indifferens regulativum sui; sed amor Christi connotabat iudicium indifferens indifferentiâ contradictionis ex parte scientiæ infusæ: quia quando connotata possunt stare simul, etiam simul esse possunt connotationes: sed circa eundem actum amoris est simul in intellectu Christi duplex propositio objecti, una per modum naturæ ex parte scientiæ beatæ, altera per modum indifferentiæ ex parte scientiæ infusæ; atqui actus amoris connotans propositionem objectivè necessariam est necessarius, & simul connotans propositionem objectivè indifferentem est liber;

ber; ergo idem actus secundum diversas regulaciones potest esse necessarius & liber & per consequens, cum aliud nihil deesset, fuit ille actus amoris meritorius, ut

Uterius probatur: Opus Redemptionis maxime meritorium Christus suæ erga Patrem dilectioni tribuit Joan. 14. v. 31. *ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem. & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Vis quoque meritoria per se primo & perfectissime reperitur in actu charitatis utpote per se primo & ex formali suâ ratione tendentis in ultimum finem, seque & alia referentis in obsequium præmiæ.

Dices: juxta principia Thomistica: Idem objectum non potest simul esse scitum & creditum; ergo nec simul per eundem actum voluntatis liberè & necessarîo volitum.

R. N. Consequentiam disparitas est: ut objectum sit actu creditum, debet intellectus mobiliter adhærere objecto, ut autem sit actu scitum, oportet quod eidem intellectus adhæreat immobiliter, sive in eo quiescat, non potest autem idem intellectus mobiliter & immobiliter eidem adhærere; ut autem objectum sit in actu secundo liberè volitum, debet voluntas esse ita determinata ad objectum, ut vi propositionis indifferentis potuerit non esse determinata, qui duo effectus non sunt privativè oppositi, sicut oppositi sunt effectus, quibus objectum est evidens & inevidens.

Colliges I. Hanc difficultatem non effugere illos, qui juxta duplicem scientiam duplicem quoque amorem distinguunt, quorum unus sit regulatus per scientiam beatam, & hunc concedunt esse necessarium, alius sit regulatus extrâ verbum per scientiam infusam, & hunc volunt esse liberum.

Vel

Vel enim
tiam bea
numero
formale
tur speci
lo numer
Collige
tes cum
charitati
qu tenus
tem clar
utem c
summan
non rep
cessarius
respectu
nes, qu
tet in ip
ad ipsu
tenus a
amand
dem re
intuitiv
patitur
modum
prehen
Deinde
tam cla
plum a
auger di
vinnis,
habet,
ve in qu
actui cr

Vel enim hi duo actus charitatis regulati per scientiam beatam & infusam distinguuntur specie, vel numero: non specie: quia habent idem objectum formale, & amor in via & in patria non distinguitur specie; non numero: quia duo accidentia solo numero distincta implicant in eodem subjecto.

Colliges 2 Neque satisfacere alios respondentes cum communiori Thomistarum; quòd actus charitatis Christi regulatus per scientiam beatam, qui tenus diligit Deum ob summam ipsius bonitatem clarè in se visam, sit necessarius, quatenus autem diligit creaturas exercitè propter eandem summam bonitatem, sit liber, igitur dicunt illi non repugnare, quod idem actus sit liber & necessarius respectu diversorum objectorum, aut respectu ejusdem objecti secundum diversas rationes, quatum una est causa & origo alterius, ut patet in ipso amore Dei infinito, qui ut terminatur ad ipsum absolutè amandum, est necessarius, quatenus autem terminatur ad se ipsum, ut est ratio amandi creaturas, est liber; sic etiam scientia eadem respectu diversorum objectorum potest esse intuitiva & abstractiva. Sed hæc Responsio plures patitur difficultates vix solubiles: quia juxta hunc modum dicendi actus charitatis Christi erat comprehensoris & consequenter non erat meritorius. Deinde actus habens pro motivo bonitatem infinitam clarè cognitam debet esse necessarius; exemplum autem adductum de actu amoris Divini plus auget difficultatem, quàm minuat: quia actus Divinus, utpote infinitus, ob suam illimitationem habet, quod sit Entitativè necessarius, terminativè in quantum terminatur ad creaturas sit liber, quod actui creato Christi competere non potest.

Q: An omnes actiones in Christo non tantum pertinentes ad partem intellectualem, sed etiam ad partem sensitivam & vegetativam fuerint meritoriae?

R. Affirmativè: Quia fuerunt actiones liberae viatoris iusti à charitate ad finem ultimum ordinatae: ut enim inquit S. Th. hic Q. 19. a. 2. O. *In homine Iesu Christo nullus erat motus sensitivae partis, qui non esset ordinatus à ratione. Ipsae etiam operationes naturales & corporales aliquantulum ad eius voluntatem pertinebant, in quantum voluntatis eius erat, ut caro eius ageret & pateretur, quae sunt sibi propria.*

QUAESTIO III.

An Christus sibi potuerit mereri?

DICO: Christus gloriam corporis, & ea, quae pertinent ad exteriorem eius excellentiam (sicut est Ascensio, Veneratio & alia huiusmodi) habuit per meritum, & sic patet, quod aliquid sibi mereri potuit. S. Th. hic Q. 19. a. 3. O.

Probat ex variis Scripturae locis, ut Apoc. 5. v. 12. *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere...* Gloriam ad Rom. 14. v. 9. *In hoc Christus mortuus est, & resurrexit, ut & mortuorum & vivorum dominetur.* Matth. ult. v. 18. *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.* Et quidem haec potestas in actu secundo, quoad usum & exercitium, data est post resurrectionem, in actu primo, quoad Jus supremi Domini, titulo filiationis naturalis data est statim à primo instanti conceptionis.

Ratio S. Th. est: quia Christo debet attribui omnis perfectio ut obtenta modo, quo obtineri potuit,

nit, perf
re, quo
quid, c
que perf
accrescat
beatitudi
quia cun
dum hab
do istis
dignitate
gloria co
mms est
ad Virtut

Dices
prietatis
sed glori
riae anit
dine anit

R. U
ad mod
non ca
sed sul
habebat
gloria c
men ne
animae
do om
mereret

D
re ...
Q. 8. a.

tuit, perfectissimo; ergo debuit per meritum habere, quod alii per meritum habent, nisi sit tale quid, cujus carentia magis dignitati Christi ejusque perfectioni præjudicat, quàm per meritum accrescat; unde nec gratiam, nec scientiam, nec beatitudinem animæ, nec Divinitatem meruit; quia cum meritum non sit, nisi ejus, quod nondum habetur, oporteret, quòd Christus aliquando istis caruisset, quibus carere magis diminuit dignitatem Christi, quàm augeat meritum. Sed gloria corporis, vel si quid aliud hujusmodi est, minus est, quàm dignitas merendi, quæ pertinet ad Virtutem Charitatis.

Dices: Quod debitum est, & ad modum proprietatis naturalis resultat, non cadit sub merito; sed gloria corporis erat debita Christo ratione gloriæ animæ & unionis hypostaticæ, & ex beatitudinæ animæ connaturaliter dimanabat; ergo.

R. Distinguendo maj. Quod debitum est, & ad modum proprietatis resultat, nec suspenditur, non cadit sub merito. Con. si sit in radice debitum sed suspendatur, ne resultet. N. ita est in præsentia, habebat Christus radicem gloriæ corporis, & hinc gloria corporis erat Christo in radice debita, attamen noluit Deus, ut gloria corporis ad gloriam animæ sequeretur, ut Christus patiendo & moriendo omnes redimeret & simul eandem gloriam mereretur.

Q U Æ S T I O IV.

*An & quid Christus Angelis meruerit
& hominibus?*

DICO 1. *Humanitas Christi ex Virtute spiritualis naturæ scilicet Divinæ potest aliquid causare . . . etiam in spiritibus Angelorum.* S. Th. hic Q. 8. a. 4. ad 3.

Expli-

Explico: Christus non meruit Angelis gratiam & gloriam essentialem, sed solum quasdam illustrationes & gaudia seu præmia accidentalia.

Prima Pars probatur 1. Nusquam in S. Scripturâ aut in SS. PP. legitur, quòd Christus venerit propter Angelos, sed potius contrarium; ergò 2. Ratione triplici: primò, quia Incarnatio fuit decreta post prævisum Adæ peccatum, ut suprâ dictum est; ergo etiam post gratiam & gloriam concessam Angelis utpote peccatum Adæ antecedentem, 2dò Christus non est mortuus pro Angelis, sed pro solis hominibus, ut passim docent SS. PP. ut Aug. in Enchir. cap. 61. *Non pro Angelis mortuus est Christus.* Bernard. serm. in fer. 4. hebd. S. de Passione Domini inquit: *Mihi data est, quia alteri dari non potuit; nunquid Angelo? sed ille non eguit. nunquid diabolo? sed ille non resurgit;* sed Christus illis solum meruit gratiam & gloriam essentialem, pro quibus mortuus est cum ejus merita non moverint Deum, nisi ut morte consummata. Tertiò: nullus qui gratiam & gloriam habuit per merita Christi, fuit glorificatus ante passionem Christi; sed Angeli fuerunt glorificati ante passionem Christi; ergo.

Secunda Pars patebit ex solutione objectionum.

Obj. 1. Juxtâ Apost. ad Ephes. 1. v. 10. Deus per Christum instaurat omnia, quæ in cælis sunt, & in terra ad Colos. 1. *Ut sit in omnibus Primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt* ad Hebr. 2. v. 10. dicitur: ante passionem suam multos filios in gloriam adduxisse, ex quibus videtur inferri, quòd Christus Angelis gloriam meruerit.

2. Per Christum instauravit Deus ea, quæ in cælis

cælis sunt
sub ejus
hominibus
erant div
gloriam
nando in
Scriptura
Obj.
verba E
nes acce
ceperunt
phetæ,
etiam or
R. A
non gra
lustratio
Obj.
natorum
fit causa
tionis
quàm
nationi
causa,
R. D
stinator
in lineâ
N. ad
rorum,
finalis v
Ex a
res habi
non hab
recepte
diti, n
ad crede

cælis sunt reparando ruinas Angelorum, pacificavit, sub ejusdem capitis imperio reuniendo Angelos hominibus, à quibus nondum Deo reconciliatis erant divisi. Multos filios ante passionem suam, in gloriam adduxerat, homines ad gloriam præordinando in intentione, vel sumpto (ut sæpè fit in S. Scriptura) præterito pro futuro.

Obj. 2. Juxtà S. Th. in cap. 1. Joan. in illa verba Evangelistæ: de plenitudine ejus nos omnes accepimus. De plenitudine gratiæ Christi acceperunt omnes Apostoli, & Patriarchæ, & Prophetæ, & Justi, qui fuerunt, sunt & erunt, & etiam omnes Angeli.

R. Angelos de plenitudine Christi accepisse non gratiam & gloriam essentialem, sed varias illustrationes & gloriam accidentalem.

Obj. 3. Christus est primus omnium prædestinatorum; ergo cum primum in unoquoque genere sit causa cæterorum, debet esse causa prædestinationis omnium Electorum tam Angelorum quàm hominum, consequenter omnes prædestinationis effectus etiam in Angelis sunt à Christo ut causæ.

R. Distinguendo Ant. Christus est primus prædestinatorum in lineâ perfectionis & dignitatis Con, in lineâ causæ efficientis vel physicæ vel meritorix N. ad Probat. dico: quòd primum sit causa cæterorum, non semper efficiens, sed vel efficiens vel finalis vel exemplaris.

Ex dictis Colliges 1. Quòd licet Angeli viatores habuerint fidem Christi venturi, eam tamen non habuerunt ex meritis seu influxu Christi; unde receperunt gratiam per fidem Christi ut objecti crediti, non ut causæ meritorix gratiæ Angelis ad credendum collatæ.

Colliges 2. Etiam gratiam Adæ collatam in statu innocentiae non fuisse ex meritis Christi; gratia enim ex meritis Christi collata, cum supponat prævisionem peccati, est gratia sanans & redimens, unde à Theologis medicinali appellatur; sed gratia statûs innocentiae non fuit gratia sanans sed sanitatis.

DICO 2. *Christus per suam passionem... omnibus membris suis meruit salutem.* S. Th. hic Q. 48. a. 1. O. *Explico:* Cùm membra Christi vel actu vel in potentia sint omnes homines pro statu præsentis vitæ, omnibus hominibus Christus meruit quoad sufficientiam remissionem peccati tam originalis quàm actualis, omniaque auxilia gratiæ sufficientis vel efficaciæ, excitanti & adjuvantis.

Probatur: Quidquid conducit ad salutem habetur ex meritis Christi: quia Act. 4. v. 12. *Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri;* Atqui omnia enumerata aliquo modo conducunt & ordinantur ad hominum salutem; ergo sunt ex meritis Christi. *Dixi* Quoad sufficientiam: quia licet passio & mors Christi sufficienter meruit omnibus remissionem peccatorum, gratiam & gloriam, non tamen actu illa operatur, nisi quando vel ex opere operato per Sacramenta, vel ex opere operantis per actus Charitatis aliarumque virtutum supernaturalium applicatur: quemadmodum & medicinæ virtus, quamvis sufficiens sit ad operandam sanitatem, illam tamen nonnisi applicata operatur. Ex his.

Infertur Contrà Lutherum, Calvinum, Jansenium, Christum non tantùm esse mortuum pro prædestinatis, sed pro omnium hominum salute, ità ut seriò suam mortem pro omnibus etiam reprobis

his obtul
ros fieri,
denter à
Christi,
omnibus
est à vari
Semper ag
omnino ho
se; Quia
demptior
dentur ad
de redem
ciam & a
ternæ cor
Q. I. & I

U Nior
qu
de Verbo
demonst
næ natur
nem Th
tionem

An C

DIC
v
ra, & a

bis obtulerit, quia Deus vult omnes homines salvos fieri, 1. Timoth. 2. v. 4. Atqui non nisi dependenter à meritis Christi, ergo debuit mors & passio Christi, tanquam effectus istius voluntatis, pro omnibus hominibus offerri; quare bene damnata est à variis Pontificibus hæc propositio Jansenii 5, *Sempelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse*; Quando autem vel S. Scriptura vel SS. PP. Redemptionem, Sanguinem vel mortem Christi videntur ad solos electos restringere, intelligendi sunt de redemptione & oblatione mortis quoad efficaciam & applicationem effectûs, qui est salutis æternæ consecutio, sed de his Latius I. P. Disp. XV. Q. I. & II.

DISPUTATIO XII.

De Consequentibus Unionem.

Uunionem duarum naturarum in Christo consequitur, ut prædicata naturæ humanæ propria de Verbo divino, & vicissim de Christo homine, demonstrando; hic homo dicantur prædicata divinæ naturæ & supposito propria, quam prædicationem Theologi communiter appellant communicationem idiomatum.

QUÆSTIO I.

An & quæ prædicata Dei post incarnationem prædicantur de homine & e contra?

DICO. De homine possunt dici ea, quæ sunt divinæ nature tanquam de hypostasi divinæ nature, & de Deo possunt dici ea, quæ sunt humana nature.